Sub vadio Mille ducentorum florenorum polonicorum Nihilominus idem regens secum suis successoribus de bonis suis praefatis generaliter omnibus ac summis pecuniarum nunc habitis et in posterum habendis eidem Boniowski popo ac ipsius successoribus inscribit et obligat praesentibus praefatos Nobiles Nicolaum Palem Litynski et Anastasiam sororem suam praefati olim Zerlecki consortem relictam vel in eventum mortis ipsius successores ad apposition[illegible] relationem [illegible] statutem vel similem pro suo interesse in forma iuris faciendi inscriptionem infra decursum dimidii anni ad acta quaevis autentica Regni vim perpetuitatis in se habentia adducere et personaliter statuere ab eisque ut praemissa exequantur efficere Idque Sub simili et speciali vadio mille ducentorum florenorum polonicorum ob non completionem praemissorum omnium et singulorum toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbere. Praeterea praefatus regens Nobilis Janussius Litynski praedicto Religioso Joanni Boniowski popo eiusque successoribus dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem ex his Actis Castrensibus Premisliensibus autentice depromptam ad acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi ipsemet regens transportaret. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succumbendo ac realiter parti ex praemissis non completis complendisque praemissis citatus ex tunc memoratus regens Nobilis Janussius Litynski aut eius successores ad instantiam praefati Religiosi Joannis Boniowski Popi eiusque posterorum ad officium praesens Castrense Premisliense ex tunc recessu supradicto quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis citatorum Termino tanquam peremptorio stare parere in dicto vadium vel vadia praefata luere inscriptionique huic satisfacere ac omnem iudicatum pati debebit et teneri seque ac suos successores ad haec eadem omnia obligat cum eisque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusque tenoris semper peremptorios vera in firmitate

pro maiori

pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendi ad quietationem ultra primos et proximos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia penitus simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris protectione Termino bello Convectionesque et aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante

Boniowski et Lachowicz Roborant

Ex Cons.

Comparentes personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Nobilis ac Religiosus Joannes Boniowski Ritus Graeci sicut Nobilis Ma[illegible]rthae consortis sua legitime pro cuius ratione cavet et se praesentibus inscribit nomine ab una et Honestus Stephanus Lachowicz suo ibidem et Honestae Annae consortis suae pro cuius ratione cavet et se praesentibus inscribit nomine partibus ex altera sani mentibus et corporibus existentes foro suo quovis proprio et iuribus domicilii competentibus posthabita huic autem iurisdictioni Castrensis Premisliensis quoad actum hunc attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans et subiiciens palam publice ac perexpressum regnunt et quilibet illorum separatim suo pro interesse recognoscit. Quia ipsi se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque partis inscribunt et obligant praesentibus intercisam certam inter se regentes ratione certarum rerum et conditionum in eadem intercisa contentarum de actu et data hic Premisliae die octava maii anno praesenti confectam manibus sui regentium subscriptam et sigillatam in omnibus et singulis eiusdem intercisae conditionibus punctis clausulis articulis ligamentisque et nexibus generaliter universis tam in parte quam in toto firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis toties quoties opus fuerit satisfacere praefatam intercisam ad inscriptionem praesentem et in seriem praesentem ad [illegible] intercisam [illegible] in

tob referendo. Sub vadio quingentorum floren polon per partem parti cum succoribus utriusque partis ob non completionem Commissionis omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendumque succumbendum [illegible] num praefati regentes Religiosus Iwan Boniowski et Honestus Stephanus Lachowicz se ac suos successores in et super bonis suis quatis omnibus summis pecuniarum habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus inscriptionem prae- sentem ex his Actis Castren Capitan Premislien autentice et prompte ad Acta Terrestria Premislien ante decursum unius anni sive coniunctim sive divisim transferre et transportare. Sub vadio simili et speciali quingen- torum florenorum polon per partem parti cum succoribus utriusque partis ob non transportationem inscriptionis praesentis pro tempore et loco supra expressis ad sol- vendumque succumbendis. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendumque succumbentibus ac si aliqua priori non completa complendis Commissionis Citata ex nunc pars una praemissa non tenens aut eius successores ad instantiam partis alterius praemissa tenentis aut eius posterorum ad officium praesens Ca- strensem Capitan Premislien ex hinc recessu supra scripto quoad sententiam spectat mediante semper in primo citationis termino stare iuri parere mdere vadia praefacta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenetur. Seque ac suos successores ad haec omnia obligat eundemque terminum primum peremptorium et tatis omnes consequentes causae eius terminos semper peremptorios vera infirmitate ma- iori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum terrestri militari ad munimentis ad Evictorem velaliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differens ad quietationem ultra processus terminos officii praefati Castren Premislien dilationem sibi non recipiens nullasque monitiones appellationes ac earum prosecutiones faciens ac praemissa omnia [illegible] vel vacationibus suspensio- nibus fatalis iuris praesente Terrestri bello convocatione et aliis omnibus iuris reme- diis et defensis non subterfugiens. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante.

Actum in Castro Praemisliensi Feria.

Sexta

Sexta post Dominicam Jubilate proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo vigesimo Nono. 1629 11/V

Drozdowski Vruskiemu obligat

Ex Copia

Comparens personaliter coram officio Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Nobilis Albertus Drozdowski suo et Nobilis Stanislai Drozdowski fratris sui germani propriis nominibus ratione cavet ac se praesentibus super omnibus quatis bonis suis summisque pecuniariis inscribit et obligat nomine sanus mente et corpore exempta Terris districtibus iuribus iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castren Capitan Premislien quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quatis omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo palam libere publice ac prout expressum sequitur. Quia ipse bona sua et praefati fratris sui germani haereditaria vel et agrum certum dictum Storonia inter metas Generosorum Topszel ab una et Jacko Bilinski Pytlowicz ex altera partibus in haereditate villae Bylina Wielka in districtu praefato Premislien consistentis cum omni praemissorum iure Dominio et proprietate cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis quatis universis nullis penitus exceptis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra in nullo derogando nihil pro se suisque successoribus et eodem fratre suo eiusque posteris aut aliquopiam reservando seu excipiendo verum ita late longe circumferentialiterque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur et ut praemissa omnia sibi regenti et fratri suo serviebant ac se et ipsi concernebant. Jam ex nunc et de facto Nobili Petro Vruski et ipsius posteris in summa viginti florenorum pecuniarum polon [illegible] nunc et a [illegible] praesenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime in anno millesimo sexcentesimo vigesimo secundo venturum et in defectu [illegible] tunc bonorum eorumque exemptionibus et summis praefatis persolutis ex hinc ad aliud simile Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli